Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

mitteret et purgatorium sancti patricii
sustinere vellet. Et xv diebus ut
omnes faciebat se ieiuniis ma
ceravisset. aperto hostio cum clavi
que in quadam Abbacia servatur in spelu
ncam descendit et quoddam hostium
a latere putei invenit per quod in
grediens cum oratorium ibi invenisset
quidam monachi albis induti
oratorium intraverunt et officium fa
cientes. Nicolao dixerunt. ut constans
esset. quia demonum multorum tempta
menta eum pertransire oporteret. Cu
m te inquit penis affligi sen
seris. clama et dic. Jhesu Christe fili
dei vivi miserere mei peccatori. Illis
igitur recedentibus mox affuit de
mones et ut temptatur primo bla
nde persuadent assentes quod eum cus
todirent et incolomem ad propria redu
cerent sed cum ille nullatenus eis ob
edire vellet protinus diversarum fe
rarum terribiles audivit voces
et mugitus. ac si elementa omnia
concuterent. Ad quod cum ille timore
horrore quoque terribili palpitaret
dixit Jhesu Christe fili dei vivi mi
serere mei peccatori. et statim omnis ferarum
illarum tumultus terribilis conquievit
Et ductus est ad alium locum et ibidem
multitudo demonum adest dicen
tium. Putas quod manus nostras eva
seris. Nequaquam. sed nunc potius tor
queri incipies Et ecce quidam
maximus ignis et terribilis ap
paruit Dixerunt quoque ei demones
nisi nobis obedies in illum ignem
te iactabimus comburendum. Quod
cum renueret ipsum arripuerunt
et in illum ignem terribilem proiecerunt
Ubi cum cruciaretur mox exclamat
Jhesu Christe fili dei vivi miserere mei
peccatori Et statim ille ignis extinctus
est Ad alium locum ductus est. ubi
vidit quosdam viros igne cre
mari. et laminibus ferreis candentibus
usque ad viscera flagellari alias

quoque ventres habentes deorsum terram pre
dolore mordere et clamare. parce. parce.
Quos tamen demones durius flagella
bant. Alios quoque vidit quorum membra
serpentes vorabant et buffones ig
nitis aculeis. eorum viscera extra
hebant. Cumque ipse Nicolaus ipsis as
sentire nollet in eundem ignem et pe
nas proicitur et hiisdem laminibus fla
gellatur. Sed cum ille Jhesu Christe fili dei
vivi miserere mei peccatori exclamasset
mox a predicta pena est liberatus. De
inde ducitur ad quendam locum. Ubi
homines in sartagine frigebantur. Ubi
rota maxima erat in qua per diversa
membra homines erant suspensi et
ipsa rota tam velociter volvebatur
ut globum igneum emitteret. Post
hoc vidit maximam domum habentem
foveas metallis bullientibus ple
nas in quibus alii unum pedem. alii
duos pedes habebant. aut erant ibi
usque ad genua alii usque ad collum
alii usque ad oculos. sed hec omnia pertran
siens nomen domini invocabat. Processit
iterum et quendam latissimum puteum in
tuetur. de quo fumus terribilis et fe
tor intollerabilis exibat. inde quoque
homines ut ferrum candentes in modum
favillarum exibant. sed demones
iterum eas repingebant. dixerunt
ei demones. Locus iste quem cernis
infernus est. in quo dominus noster belze
bub habitat. in ipsum te iactabimus
si nobis non assentis nullum quoque inde
obtinebis remedium. Quos cum au
dire contempneret ipsum in predictum
puteum iactaverunt. et tam vehe
menti dolore absorptus est quod fere
oblitus fuit invocare nomen domini. Sed
ad se rediens. Domine Jhesu Christe fili
dei vivi miserere mei peccatori cum corde ex
clamasset quia voce non poterat mox
illesus exivit. Post hoc omnis demonum
multitudo tamquam victa evanuit
Ductus igitur ad quendam alium locum